1763 5036 e. 4 (50)

D. D.

# HERBATIONES UPSALIENSES,

QUAS
CONSENT. EXPERIENT. FACULT. MEDICA
IN REGIA ACADEMIA UPSALIENSI,
Sub PRÆSIDIO
*VIRI NOBILISSIMI*

## DN. DOCT. CAROLI LINNÆI,

S:Æ R:Æ M:TIS ARCHIATRI, MED. ET BOTAN. PROF.
REG. ET ORD. ACAD. IMPER. MONSPEL. STOCKH.
UPSAL. BEROL. TOL. ET LONDIN. SOCII,
Nec non
EQUITIS AURATI DE STELLA POLARI.
*PUBLICO EXAMINI SUBMITTIT*
ALUMNUS REGIUS,

ANDREAS N. FORNANDER,

*SMOLANDUS.*
In Auditorio Carol. Majori Die XIII. Octobr.
ANNO MDCCLIII.
*H. A. M. S.*

*UPSALIÆ*, LAUR. M. HÖJER, Reg. Acad. Typ.

VIRIS *in Eccleſiam longe meritisſimis, Clarisſimis, Admodum & Plurimum Reverendis*

Dn. PETRO FORNANDER,
PAST. in Malmbeck Almesåkra & Ödeſtugu.

Dn. NICOLAO BUSK,
Ad Templ. St. Nic. Stockh. COMMINISTRO Prim.

Mag. SAMUELI KLINTIN,
PAST. in Biörköö & Näſwelſjö.

Mag. CHRIST. TERNERO,
PAST. in Siöſås, Hornaryd & Dref.

Dn. CANUTO WIGELIO,
COMMINISTRO in Bexeda & Näsby.

Dn. LAURENT. SELLIN,
COMMINISTRO in Wrigſtad & Swenerum.

*Patruo longe indulgentisſimo, Patrui loco ſemper honorando, Conſangvineis ſangvinisque vinculo junctis*, PATRONIS *&* FAUTORIBUS *nullo non tempore devenerandis.*

*In piam memoriam plane paternorum tuorum beneficiorum, Patrue longe amantisſime, nec non favoris documentorum & ſangvinis vinculi, quo* Vobis, PATRONI *&* FAUTORES *honoratisſimi, natura fautrix me junctum voluit, lucubrationes haſce Academicas, ut ſaltem aliquod, meæ, in* Vos, *pietatis exſtaret monumentum* D. D. D.

Admod. Clariſſ. & Plur. Rev. Nominum
VESTRORUM

*cultor devotisſimus & obſervantisſimus,*
ANDREAS N. FORNANDER.

## *I. N. J. C.*

§. I.

INter *MEDIA*, ſtudio Botanices ediſcendo inſervientia, recentioribus temporibus felici cum ſucceſſu detecta, hæc duo præcipuum ſibi vindicant locum, *Horti* ſcilicet *Academici* atque *Herbationes;* in illis enim, uno quaſi obtutu, plures examinandæ herbæ ſæpe objiciuntur, quam ſi, plantas perluſtraturus, vel totam peragraſſes Europam: ut taceam, quod ſpecies earum inter ſe commodisſime heic conferri queant; in his vero Plantas quasque in loco ſuo natali cernere licet, unde haud parum oblectamenti penitioremque earum cognitionem ſibi polliceri poteſt attentus examinator. Hæ Herbationes, Gallis *Herboriſationes*, vulgo *Excurſiones Botanicæ* appellari ſolent. *Vid. Philoſ. Botan. pag.* 293.

§. II.

Ejusmodi *HERBATIONES* a Profeſſoribus Botanices ad plurimas florentisſimasque Academias inſtituuntur, qui Diſcipulis ſuis, in circumjacentia loca ſecum ductis, plantas, qua nomina, uſum & naturam demonſtrant, quemadmodum hodie *PARISIIS* a Cl. Profeſſore *Bernhardo Juſſieu*, *Gottingæ* a Nobilisſimo Dn. *De Haller* fieri comperimus: nec non Halæ Saxonum a Profeſſore *Strumph*, aliisque, atque heic loci in primis, ubi Nobi-

liſſimus D:nus Præſes cum auditoribus ſuis in loca circa Upſaliam ſita, quotannis exſpatiari ſolet, iisque, quæ in terra creſcunt, vigent vel latent, commonſtrat, adeo ut vix ulla terræ lapidisve particula ſit, nullæque ſint arbores, herbæ, gramina, muſci, fungi, quin etiam nulla Quadrupedia, Aves, Amphibia, Piſces, Inſecta, Conchylia, Vermes, alia, quæ inveniri poſſunt, vel a ſagaciſſimo inveſtigatore, quorum nomina, characteres proprietatesve non oſtendantur; unde ſcientiæ incrementum, tot idoneorum Diſcipulorum ſtimulum, tot ingeniorum culturam, atque in hoc ſtudiorum genere maturitatem, ſingulari cum gaudio & voluptate, invenies.

§. III.

Profeſſores, tirones ſuos ita inſtituturi, per certos ambitus unaquaque excurſione deambulare ſolent, ubi varium ſolum varias etiam ſemper præbet plantas, cumque per eadem loca, prata, ſtagna rupesque aliquot annis decurſum ſit, utrum quævis herba invenienda ſit nec ne, dicere facillimum eſt. Proinde, majori & illuſtrationis & utilitatis ergo, diverſi auctores exigua ejusmodi itinera peculiari opuſculo exhibuerunt, ut *Johnſon* circa *Londinum*, *in Mercurio ſuo Botanico* Lond. 1634. in 12:mo. Pars altera in *Cambriam* ſeu *Walliam* Lond. 1641. in 8:vo. *Plantæ in Ericeto HampedIano* Lond. 1632. in 8:vo.

Exercitia hæc, circa *LUTETIAM*, ſex excurſionibus abſolvit *Tournefortius dans Hiſtoire des Plantes.* Pariſ. 1698. in 8:vo, quæ eximius D. Bernhardus Juſſieu, felici cum ſucceſſu, adhuc hodie continuat, ſilentio prætereo *CALCEOLARII* & *PONÆ itinera* in *montem BALDUM*, *Halleri* iter in *Hercyniam* aliorumque, quæ hujus generis fuere.

§. IV.

Tale Enchiridion Botanicum, Floræ ſacris initiandis

dis utiliſſimum, cum ad has Muſarum ſedes adhuc deſideretur, in animum induxi, qui Nobil. Dn. Præſidem in excurſionibus Botanicis, plures per annos, ſecutus ſum, hiſce pagellis, loco exercitii Academici, exhibere, oſtenſurus, quas plantas, quacunque excurſione Botanica, in campis Upſaliam circum jacentibus offenderis.

Hæc dum fecero, Lectoris Benevoli mitiorem cenſuram mihi imploro, ſi deſcriptiones meæ locorum, ſituum aliarumque circumſtantiarum, voto ejus minus ſufficere queant.

*HERBATIONES UPSALIENSES*, ſeptem vel octo excurſionibus abſolvi ſolent. Eſt

| | |
|---|---|
| 1:ma *Gottſundenſis.* | 5:ta *Upſaliæ Antiquæ.* |
| 2:da *Ultunenſis.* | 6:ta *Waxalenſis.* |
| 3:tia *Hågenſis.* | 7:ma *Husbyenſis.* |
| 4:ta *Dalenſis.* | 8:va *Jumkilenſis.* |

Quarum omnium herbas, gramina & reliqua, ſigillatim heic habeas.

## HERBATIO I.

## GOTTSUNDENSIS.

Incipiatur excurſio botanica per *Arcem* Upſalienſem Africum verſus, ſuper colles ſic dictos *Laſsbyenſes*, atque per paludem & pratum *Norrbyenſe*, ad *pagum* ejusdem nominis atque hinc extendatur porro meridiem verſus *lucum Norrbyenſem*; inde ad *bovilia* Paſtoris & Archipræpoſiti Upſalienſis, ubi montes editi nemoroſaque præcipitia ad *Floræ Eden* viam pandunt, qui, inclinante jam die in pomeridianum tempus, ſagaces Floræ Alumnos, in gremium ſuum exceptos, ante refocillat, quam vel *Wårdſättram* adeant vel Upſaliam repetant.

1. *RUPES LASSBYENSES* nudæ, copiam Lichenum nobis præbent uberrimam.

Bryum *hypnoides.* Jungermannia *trichophylla.*

Lichen

Lichen *centrifugus.* Lichen *ſaxatilis.*
Lichen *omphalodes.* Lichen *velleus.*
Lichen *puſtulatus.* Lichen *deuſtus.*
Lichen *rangiferinus.* Lichen *paſcalis.*
Lichen *iſlandicus.*

2. *PASCUA SYLVATICA* adjacentia offerunt plantas, durum ſolum amantes: Sunt

Trientalis *europæa.* • Empetrum *nigrum.*
Pyrola *rotundifolia.* Lycopodium *Selago.*
Arbutus *Uva urſi.* Lycopodium *clavatum.*
Orchis *maculata.* Lycopodium *complanatum.*
Orchis *bifolia.* Equiſetum *hyemale.*
Salix *myrtilloides.*

3. *PALUS NORRBYENSIS*, turfis impleta, nobis ſuppeditat plantas: Sunt

Pingvicula *vulgaris.* Andromeda *cærulea.*
Eriophorum *polyſtachion.* Ledum *paluſtre.*
Eriophorum *vaginatum.* Rubus *Chamæmorus.*
Galium *paluſtre.* Ranunculus *Flamula.*
Droſera *rotundifolia.* Scutellaria *galericulata.*
Vaccinium *uliginoſum.* Salix *pentandra.*
Vaccinium *Myrtillus.* Betula *alba.*
Vaccinium *Vitis idæa.* Betula *Alnus.*
Vaccinium *Oxycoccos.* Sphagnum *paluſtre.*

4. *PRATUM NORRBYENSE* eas exhibet herbas, quas in pratis noſtris communiter reperies indeque Communes appellari aſſolent, ut:

Phleum *pratenſe.* Rumex *Acetoſa.*
Aira *ceſpitoſa.* Tormentilla *erecta.*
Briza *media.* Prunella *vulgaris.*
Poa *trivalis.* Euphraſia *officinalis.*
Poa *pratenſis.* Rhinanthus *Criſta galli.*
Veronica *Chamædrys.* Spiræa *Filipendula.*
Galium *verum.* Lathyrus *pratenſis.*

Galium

Galium *Mollugo.*
Plantago *major.*
Plantago *media.*
Alchemilla *vulgaris.*
Campanula *rotundifolia.*
Trifolium *repens.*
Trifolium *pratenſe.*
Leontodon *autumnale.*
Centaurea *Jacea.*
Chryſanthemum *Leucanthemum.*

5. *ULIGINOSA AMNI* vicina prata alunt minus raras plantas. Sunt

Alopecurus *pratenſis.*
Alopecurus *geniculatus.*
Menyanthes *trifoliata.*
Geum *rivale.*
Cardamine *pratenſis.*
Ranunculus *acris.*
Thalictrum *flavum.*
Spiræa *Ulmaria.*
Calta *paluſtris.*

6. *LUCUS NORRBYENSIS*, frondoſo nemore veſtitus, plantas ſiſtit nemoroſas. Sunt

Quercus *Robur.*
Populus *tremula.*
Cereſus *Padus.*
Sorbus *Aucuparia.*
Pyrus *Malus ſylveſtris.*
Rhamnus *catarthicus.*
Rhamnus *Frangula.*
Veronica *ſpicata.*
Veronica *ſerpyllifolia.*
Poa *compreſſa.*
Melica *nutans.*
Myoſotis *Scorpioides.*
Pulmonaria *officinalis.*
Convallaria *majalis.*
Convallaria *Polygonatum.*
Campanula *perſicifolia.*
Rumex *Acetoſella.*
Silene *Viſcaria.*
Saxifraga *granulata.*
Potentilla *argentea.*
Lonicera *Xyloſteum.*
Prunus *ſpinoſa.*
Corylus *Avellana.*
Ribes *alpinum.*
Meſpilus *Cotonaſter.*
Viburnum *Opulus.*
Roſa *canina.*
Rubus *ſaxatilis.*
Anemone *nemoroſa.*
Anemone *Hepatica.*
Draba *verna.*
Draba *muralis.*
Arabis *thaliana.*
Turritis *glabra.*
Turritis *hirſuta.*
Fragaria *veſca.*
Orobus *vernus.*
Orobus *tuberoſus.*
Viola *canina.*
Viola *hirta.*

7. *PRA-*

7. *PRATUM GOTTSUNDENSE*, præter herbas in prato Norrbyenſi frequentes, oculos quoque ſequentibus paſcit. Sunt

Aira *cærulea.*
Agrimonia *Eupatoria.*
Ajuga *pyramidalis.*
Ranunculus *auricomus.*
Hieracium *præmorſum.*
Hypochæris *maculata.*
Viola *paluſtris.*
Hypnum *dendroides.*
Verbaſcum *nigrum.*
Biſtorta *vivipara.*
Trifolium *agrarium.*
Carex *ceſpitoſa.*
Carex *acuta.*
Carex *veſicaria.*
Mnium *hygrometricum.*

8. *BOVILIA PASTORIS* & Archipræpoſiti Upſalienſis, eisque adjacentes luci amœnisſimi, floribus condecorati ſunt variis, inter quos:

Anthoxanthum *odorat.*
Heracleum *Sphondylium.*
Laſerpitium *latifolium.*
Geranium *pratenſe.*
Geranium *ſanguineum.*
Fumaria *bulboſa.*

9. *PRÆCIPITIA GOTTSUNDENSIA*, umbroſa difficillimeque pervia, rarisſimis apud nos plantis ſcatent nemoroſis, inter quas:

Milium *effuſum.*
Aſperula *odorata.*
Campanula *latifolia.*
Campanula *Trachelium.*
Daphne *mezereum.*
Paris *quadrifolia.*
Actæa *ſpicata.*
Ranunculus *Ficaria.*
Dentaria *bulbifera.*
Cardamine *Impatiens.*
Tilia *europæa.*
Ulmus *campeſtris.*
Cratægus *Oxyacantha.*
Lathræa *Squamaria.*
Clinopodium *vulgare.*
Origanum *vulgare.*
Glechoma *hederacea.*
Stachys *ſylvatica.*
Vicia *ſylvatica.*
Viola *mirabilis.*
Prenanthes *muralis.*
Acroſtichum *ſeptentrionale.*
Aſplenium *trichomanes.*
Polypodium *vulgare.*
Polypodium *Phegopteris.*
Salix *capræa.*

Cum arboribus, circa lucum Norrbyenſem recenſitis.

10. RU-

10. *RUPES GOTTSUNDENSES*, e rimis petrarum varias exſerunt herbas & ſunt.

Arundo *Epigejos.*
Aſclepias *Vincetoxicum.*
Verbaſcum *Thapſus.*
Epilobium *montanum.*
Epilobium *anguſtifolium.*
Rubus *idæus*
Thymus *Acinos.*
Scrophularia *nodoſa.*
Orobus *niger.*
Geranium *robertianum.*
Hypericum *perforatum.*
Marchantia *polymorpha.*
Hieracium *murorum.*
Gnaphalium *montanum.*
Senecio *Jacobæa.*
Polypodium *fragile.*
Acroſtichum *ilvenſe.*
Polytricum *commune.*
Hypnum *ſericeum.*
Bryum *ceſpiticium.*
Bryum *ſtriatum.*
Mnium *pyriforme.*
Jungermannia *reſupinata.*
Elvela *Mitra.*

11. *PRÆDIUM WÅRDSÅTTRA*, extra pratum amœniſſimum, terminatur peninſula denſiſſimo luco, condecorata uberrimo Melampyro nemoroſo, in quo:

Mentha *aquatica.*
Hieracium *umbellatum*
Ophrys *Nidus.*

12. *SILVA REGIA*, in palude, cum reditus Upſaliam paratur, offert:

Mnium *ſerpyllifolium.*
Mnium *Jungermanniam.*
Mnium *pellucidum.*
Marchantiam *hemiſphæricam.*
Hypnum *complanatum.*

## Herbatio II.

# ULTUNENSIS.

Per *portam* Urbis Upſalienſis, qua via *Holmiam* patet, egresſis, pratum *Tegelhagen* dictum, a ſiniſtris ſitum, mox introëundum eſt, unde, per Lupuleta Profesſorum, peragrato campo Polonico, intranda Silva Regia Ultunam usque & inde *Liljeholmen*, peninſulam montoſam, nemore herboſo circumdatam.

1. *TEGELHAGEN*, pratum fertiliſſimum urbi contiguum, in quo

Cynoſurus *criſtatus.*
Cynoſurus *cæruleus.*
Primula *veris.*
Chærophyllum *temulum.*
Allium *oleraceum.*
Ceraſtium *viſcoſum.*
Geum *urbanum.*
Leontodon *taraxacum.*
Tragopogon *pratenſe.*
Arctium *Lappa.*

2. *PISCINA*, in eodem prato dudum effoſſa & ripa fluvii adjacens, plantas ſiſtit aquaticas. e. gr.

Rumex *aquaticus.*
Aliſma *Plantago*
Callitriche *paluſtris.*
Polygonum *amphibium.*
Zannichellia *paluſtris.*
Chara *vulgaris.*
Lemna *polyrrhiza.*
Ulva *inteſtinalis.*
Conferva *rivularis.*
Myriophyllum *verticillat.*

3. *LUPULETA* Regia & Profeſſorum adjacentia, plantas, in cultis locis, frequentes offerunt, ut

Galium *Aparine.*
Cuſcuta *europæa.*
Aſperugo *procumbens.*
Ribes *Uva criſpa.*
Ornithogalum *luteum.*
Ornithogalum *minimum.*
Alſine *media.*
Chelidonium *majus.*
Galeopſis *Ladanum.*
Galeopſis *Tetrahit.*
Lamium *album.*
Lapſana *communis.*
Atriplex *patula.*

4. *CAMPUS POLONICUS* dictus, in elevatis, apricis, aridis, ſabuloſis.

Feſtuca *ovina.*
Sagina *procumbens.*
Androſace *ſeptentrionalis.*
Herniaria *glabra.*
Myoſurus *minimus.*
Ceraſtium *pentandrum.*
Scleranthus *annuus.*
Arenaria *ſerpyllifolia.*
Arenaria *rubra.*
Gnaphalium *dioicum.*
Gnaphalium *uliginoſum.*
Hieracium *Piloſella.*
Carlina *vulgaris.*
Oſmunda *Lunaria.*
Lichen *tartareus.*
Lichen *Upſalienſis.*
Lichen *nivalis.*
Peziza *lentifera.*

Poten-

Potentilla *vernalis.*
Anemone *Pulſatilla.*
Artemiſia *campeſtris.*
Bryum *apocarpum.*
Bryum *extinctorium.*
Lycoperdon *ſtellatum.*

5. *SILVA REGIA* adjacens, Pinis denſiſſimis aliisque arboribus ſilveſtribus conſtans, uti

Pinus *Abies.*
Pinus *ſylveſtris.*
Juniperus *communis.*
Berberis *vulgaris.*
Oxalis *Acetoſella.*
Adoxa *Moſcatellina.*
Juncus *piloſus.*
Pyrola *ſecunda.*
Pyrola *uniflora.*
Agroſtis *arundinacea.*
Pteris *aqvilina.*
Polypodium *Dryopteris.*
Lycopodium *annotinum.*
Bryum *heteromallum.*
Bryum *undulatum.*
Bryum *pomiforme.*
Bryum *truncatulum.*
Bryum *flexuoſum.*
Bryum *ſcoparium.*
Hypnum *velutinum.*
Hypnum *cupreſſiforme.*
Hypnum *taxifolium.*
Hypnum *triquetrum.*
Hypnum *Bryoides.*
Hypnum *purum.*
Hypnum *Criſta caſtrenſis.*
Hypnum *proliferum.*
Hypnum *parietinum.*
Hypnum *abietinum.*
Hypnum *curtipendulum.*
Lichen *caninus.*
Lichen *venoſus.*
Lichen *hirtus.*
Lichen *juniperinus.*
Lichen *plicatus.*
Jungermannia *ciliaris.*

6. *FONS SANDWIKSENSIS* præſtantiſſimus, perenni aqua ebulliens, nulla hyeme glacie obducendus.

Hippuris *vulgaris.*
Veronica *Beccabunga.*
Ranunculus *aquaticus.*
Hypnum *aduncum.*
Tuſſilago *Farfara.*
Mnium *fontanum.*
Mnium *paluſtre.*

7. *ULTUNA*, in piſcina.

Stratiotes *Aloides.*
Hydrocharis *Morſus ranæ.*

8. *COLLES ULTUNENSES*, plane easdem habent herbas, quas in campo, ſic dicto Polonico, invenire licet, & ſupra recenſui. (11. 4.)

 9. *LILJE-*

9. *LILJEHOLMEN*, eſt peninſula nemoroſa Ultunæ propinqua, iisdem decorata eſt arboribus ac plantis, quas fovet lucus Norbyenſis; ibi tamen præterea.

Aſperula *tinctoria*. Hypericum *hirſutum*.

In aqua amnis circumfluentis.

Lobelia *Dortmanna*. Siſymbrium *aquaticum*.
Phlalaris *arundinacea*. Et in littore
Statice *Armeria*.

HERBATIO III.

# HÅGENSIS.

Per telonium, *Fierdings Tullen* dictum, atque amœniſſimos *agros Upſalienſes*, via regia, qua ad pagum *Rickomberga* itur, indeque per *Saltus* ſteriles *Rickombergenſes*, pagum *Flogſta* verſus, unde per pratum ad pagum *Hågam*, atque in ſilvam ad tumulum *Regis Biörneri* iter inſtituitur:

1. *TECTA UPSALIENSIA* vivo ceſpite obducta Bromum tectorum, inſtar agrorum frumento obſitorum alunt, & ſiſtunt proprias plantas.

Bromus *tectorum*. Siſymbrium *Sophia*.
Sedum *Telephium*. Crepis *tectorum*.
Sedum *acre*. Viola *bicolor*.
Bryum *rurale*.

2. *AGRI UPSALIENES* inter frumentum fertiliſſimum ſuis vitiis etiam obnoxii ſunt:

Agroſtis *Spica venti*. Spergula *arvenſis*.
Bromus *ſecalinus*. Sinapis *arvenſis*.
Vicia *Cracca*. Thlaſpi *arvenſe*.
Triticum *repens*. Thlaſpi *Burſa paſtoris*.
Veronica *arvenſis*. Eryſimum *Cheiranthoides*.
Veronica *agreſtis*. Myagrum *ſativum*.
Lycopſis *arvenſis*. Lamium *amplexicaule*.
Lithoſpermum *arvenſe*.

Cheno-

| | |
|---|---|
| Chenopodium *album.* | Fumaria *officinalis.* |
| Conium *maculatum.* | Ervum *hirſutum.* |
| Convolvulus *Polygonum.* | Anthemis *arvenſis.* |
| Convolvulus *arvenſis.* | Centaurea *Cyanus.* |
| Polygonum *Perſicaria.* | Sonchus *arvenſis.* |
| Polygonum *amphibium β.* | Serratula *arvenſis.* |
| Agroſtema *Githago.* | Carduus *criſpus.* |
| Delphinium *Conſolida.* | Artemiſia *vulgaris.* |

3. *VERSURÆ AGRORUM*, ſeu margines, etiam proprias alunt plantas, inter *Upſaliam* & *Rickombergam.*

| | |
|---|---|
| Bromus *arvenſis.* | Papaver *Rhœas.* |
| Cynoſurus *glomeratus.* | Potentilla *repens.* |
| Lolium *perenne.* | Thlaſpi *campeſtre.* |
| Plantago *lanceolata.* | Achillea *Millefolium.* |
| Tordylium *Anthriſcus.* | Anchuſa *officinalis.* |

4. *SALTUS RICKOMBERGENSIS* ſterilis:

| | |
|---|---|
| Aira *flexuoſa.* | Spergula *nodoſa.* |
| Nardus *ſtricta.* | Lichen *ſubulatus.* |
| Erica *vulgaris.* | Lichen *cornutus.* |

5. *PRATA FLOGSTADENSIA* & *HÅGENSIA*, plane easdem alunt plantas ac Norrbyenſe, præterea tamen.

| | |
|---|---|
| Scirpus *paluſtris.* | Gentiana *amarella.* |
| Arundo *phragmites.* | Lotus *corniculata.* |

6. *RIVULUS*, infra pagum Flogſta ſcatet variis plantis aquaticis & inter has.

| | |
|---|---|
| Cardamine *amara.* | Fontinalis *antipyretica.* |
| Potamogeton *natans.* | Tremella *verrucoſa.* |

7. *HÅGA* pagus ejusque confinia.

| | |
|---|---|
| Cratægus *Aira.* | Saxifraga *tridactyloides.* |
| Euphraſia *Odontites.* | Ophiogloſſum *vulgatum.* |

8. *TUMULUS REGIS Biörneri* ad *Hågam* easdem habet plantas, quas ſilva regia Upſalienſis, ſuo loco antea indicatas (11. 5.)

HERBA-

## HERBATIO IV.

# DANENSIS.

Per portam urbis, qua ad *pratum regium* iter patet, templum *Danemarck* verſus, ubi prætereundum eſt domicilium cuſtodis ipſius hujus prati regii, *Pinan* dictum, trans fluvium, per ſilvam ad pratum & lucum *Nåntunenſem.*

1. *PRATUM REGIUM*, præter plantas prius in pratis (1. 7. 4.) obſervatis.

Veronica *Anagallis.*
Valeriana *officinalis.*
Scirpus *ceſpitoſus.*
Scirpus *acicularis.*
Agroſtis *rubra.*
Agroſtis *ſtolonifera.*
Poa *annua.*
Poa *anguſtifolia.*
Glaux *maritima.*
Feſtuca *rubra*
Parnaſſia *paluſtris.*
Fritillaria *Meleagris.*
Primula *farinoſa.*
Juncus *bulboſus.*
Juncus *bufonius.*
Rumex *acutus.*
Triglochin *paluſtre.*
Triglochin *maritimum.*
Stellaria *graminea.*
Lychnis *Flos cuculi.*
Eryſimum *Barbaræa.*
Carex *capillaris.*
Equiſetum *arvenſe.*

2. *RIPÆ Fluvii.*

Feſtuca *fluitans.*
Iris *pſeudAcorus.*
Phellandrium *aquaticum.*
Sium *latifolium.*
Lyſimachia *vulgaris.*
Lythrum *Salicaria.*
Equiſetum *fluviatile.*
Equiſetum *paluſtre.*

3. *FLUVIUS*, in profunda limoſaque aqua.

Scirpus *lacuſtris.*
Potamogeton *perfoliatum.*
Potamogeton *puſillum.*
Nymphæa *lutea.*
Butomus *umbellatus.*
Sagittaria *ſagittifolia.*
Sperganium *erectum.*
Conferva *reticulata.*
Spongia *fluviatilis.*

4. *TEMPLO*

4. *TEMPLO DANEMARKENSI* circumjacentia loca ſiſtunt paucas rariores:

Avena *fatua.* Daucus *Carota.*
Ægopodium *Podagria.*

5. *LUCUS NÅNTUNENSIS* amœniſſimus ejusmodi conſitus eſt arboribus atq; herbis, quas in luco Norrbyenſi & Gottſundenſi offendis, ſi ſequentes exceperis.

Ciſtus *Helianthemum.* Anthyllis *Vulneraria.*
Melampyrum *nemoroſum.* Carex *hirta.*
Melampyrum *ſylvaticum.* Carex *muricata.*

## HERBATIO V.

# ANTIQUÆ UPSALIENSIS.

Per telonium *Swartbäcks Tullen* dictum, egresſi, & viam regiam ſepta oleribus & in primis Braſſica conſita prætereunt, ad officinam laterariam, per pratum *Bårbyenſe*, atque dein *Antiquam Upſaliam* verſus, per loca partim ſterilia, partim ſegetibus conſita, usque ad prædium *Wittulsberg* dictum, nunc temporis in poſſesſione Cl. Secretarii atque adjuncti Magiſtri Caroli Aſp, in quo ipſo prædio, optime jam culto, non ſine ſingulari voluptate animi tentamina obſervabis plurima, circa œconomiam noſtram inſtituta, & pretioſisſimos adparatus œconomicos, quæ omnia, poſtquam curioſus luſtravit oculus, eundum erit per prata & fruticeta ad paludem ceſpitoſam lacunis perfoſſam.

1. *SEPTA*, oleribus conſita, inter olera incarcerant varias.

Chenopodium *polyſpermum.* Eryſimum *Irio.*
Ethuſa *Cynapium.* Lamium *purpureum.*
Euphorbia *helioſcopia.* Bidens *tripartitus.*
Euphorbia *Peplis.* Sonchus *oleraceus lævis & aſper.*
Ranunculus *repens.*

2. PRA-

2. *PRATUM BARBYENSE*, præter communes, & in pratis frequentes herbas.

Serratula *tinctoria.* Epilobium *paluſtre.*

3. *RUPES*, *verſus* Barbyenſe pagum, obducuntur lichenibus.

Bryum *pulvinatum.* Lichen *ſtygius.*
Lichen *olivaceus.* Lichen *lanatus.*
Lichen *fragilis.* Lichen *atro-virens.*
Lichen *ſangvinarius.* Lichen *ſahlenſis.*

4. *TUMULI UPSALIENSIS antiquæ*, plantis vulgatiſſimis & in paſcuis aridiſſimis adeo ſolum vulgaribus obducuntur, ut in continiis ſe ſiſtit rarior heic planta: Anemone *vernalis.*

5. *WITTULSBERGENSIS* palus, varias fovet plantas minus frequentes.

Veronica *ſcutellata.* Convallaria *bifolia.*
Utricularia *vulgaris.* Juncus *effuſus.*
Utricularia *minor.* Scheuchzeria *paluſtris.*
Eriophorum *alpinum.* Pedicularis *Sc ept. Carolin.*
Cicuta *viroſa.* Carex *limoſa.*
Selinum *paluſtre.* Carex *panicea.*
Droſera *longifolia.* Carduus *paluſtris.*

## HERBATIO VI.

## WAXALENSIS.

Per telonium *Waxalenſe* eundum, ad agros *Waxalenſes* & dextrorſum per colles, dein ſiniſtrorſum iterum per prata prædiorum *Eka* & *Jalla*, & dehinc ad prædium Profeſſoris Botanices, quod *Tôrnby* dicitur, inque ejus lucum, inſectorum refertiſſimum.

1. *VIA UPSALIENSIS*, qua Waxalam verſus itur, ad latera producit herbas, quas pecora non facile devorant, ut ſunt:

Sola-

Solanum *Dulcamara.* Lepidium *ruderale.*
Polygonum *Hydropiper.* Antirrhinum *Linaria.*
Eryſimum *officinale.* Carduus *lanceolatus.*

2. *AGRI WAXALENSES*, inque eorum verſuris & collibus ſunt:

Bromus *hordeaceus.* Medicago *falcata.*
Athamanta *Libanotis.* Medicago *lupulina.*
Silene *nutans.* Trifolium *montanum.*
Tillea *aquatica.* Trifolium *arvenſe.*
Eryſimum *Alliaria.* Onopordum *Acanthium.*
Hieracium *dubium.* Centaurea *Scabioſa.*
Hieracium *Auricula.*

3. *PRATA EKENSIA & JÅLLENSIA*, iisdem fere veſtiuntur plantis & herbis, quibus Norrbyenſe ceteraque prata circumjacentia amicta vides, ſi exceperis:

Scabioſam *Succiſam.* Hypnum *alopecurum.*

4. *JÅLLA*, præter eas, quas ſupra in ejusmodi locis commemoravi plantas, promit ad verſuras:

Scabioſam *arvenſem.*

5. *TÖRNBY.* Præter plantas, circa colles Waxalenſes annotatas; ornantur clivi circumjacentes plurimi præſertim:

Buphtalmo *tinctorio.*

6. *LUCUS TÖRNBYENSIS*, ejusdem generis arboribus & plantis gaudens, ac ille ſupradictus Norrbyenſis, hoſpitium præbet inſectis gratiſſimum, in quo igitur commilitones, per aliquot horas, ſolent indefeſſi Inſecta colligere, antequam redeant Upſaliam.

## HERBATIO VII.

# HUSBYENSIS.

Per obicem urbis, cui nomen dedit fundus quondam Th. Doct. & Profeſſ. Upſal. Luth, *Luthbomen*, ad

ad pratum ejuſdem nominis, *Luthagen*, & pratum quod a nitro nomen habet, *Saltpetter-Ängen*, cum reliquis pratis & agris ad *Nemus Regium*, & ulterius per Populetum *Håſſelbyenſe*, in parœcia Börjenſi ſitum; hinc per prædia & pagos *Husby* & *Staby* in urbem reditus iterum patet.

1. *LUTHAGEN*, ſolitas plantas pratenſes nutrit, ſi ſequentes addantur:

| | |
|---|---|
| Ranunculus *ſceleratus.* | Myoſotis *paluſtris.* |
| Lathyrus *paluſtris.* | Mentha *arvenſis.* |
| Vicia *ſativa.* | Vicia *ſepium.* |

2. *RIPA fluvii UPSALIENSIS* ſæpius inundata.

| | |
|---|---|
| Lycopus *europæus.* | Ranunculus *reptans.* |
| Limoſella *aquatica.* | Elatine *Hydropiper.* |
| Jungermannia *puſilla.* | Riccia *cryſtallina.* |
| Faſcum *acaulon.* | |

3. *PRATUM SALTPETTERÅNGEN*, in quo etiam, præter communes cum reliquis pratis:

| | |
|---|---|
| Pedicularis *ſylvatica.* | Montia *fontana.* |
| Orchis *latifolia.* | |

4. *PRATA* reliqua in hoc itinere obvia, communes produnt herbas, præter:

| | |
|---|---|
| Tanacetum *vulgare.* | Comarum *paluſtre.* |

5. *NEMUS REGIUM*, arctisſimum licet, juxta prædium Husby, præter ſupra memoratos Lichenes, heic raras minimeque frequentes, ſibi reſervat:

| | |
|---|---|
| Linnæam *borealem.* | Monotropam *Hypopithyn.* |

6. *POPULETUM HÅSSELBYENSE*, amœnisſimum quoque eſt inſectorum domicilium.

7. *TEMPLI BÖRJENSIS* in confiniis reperitur.
   Ophrys *Monorchis.*

8. *PRÆDIUM KIÄTTINGE*, in rupe habet plantam, in Uplandia nobis nullibi viſam.
   Silenem *rupeſtrem.*

9. PRA-

9. *PRATUM NYFLENSE.*

Aſter *ſalicinus.*

10. *PRÆDIUM HUSBY*, in poſſeſſione S.Th.Doct.&Prof. Hydrén, in campis & pratis offert ſequentes plantas ut:

| | |
|---|---|
| Sedum *album.* | Dianthus *deltoides.* |
| Sedum *ſexangulare.* | Erigeron *acre.* |
| Sedum *annuum.* | Angelica *ſylveſtris.* |
| Linum *catharticum.* | Polygala *vulgaris.* |

## HERBATIO VIII.

# JUMKILENSIS.

Urbe per telonium, *Fierdings Tullen* dictum, egreſſi Floræ Alumni, ſiquidem longum inſtat iter, equis & curribus ruſticis, ex ipſa parœcia Jumkilenſi ſæpe conductis, per unius cum dimidio milliaris Svecici ſpatium, ad ipſum templum Jumkilenſe, via regia vehuntur, ibi in pagis pernoctantes, poſtridie ſub ipſa matuta, Ducem ſuum indefeſſum, per prata ſylveſtria, eaque plurima, nec non atras ſylvas, humidaque deſerta comitantur per integrum miliare, usque ad extrema ipſius paludis Jumkilenſis, ubi ſequentes inveniuntur herbæ:

1. *SYLVA DESERTA* & atra, ad paludes ſæpe minus frequentes alioquin plantas alit, ut:

| | |
|---|---|
| Arundo *calamogroſtis.* | Ranunculus *Lingva.* |
| Scirpus *ſylvaticus.* | Ranunculus *polyanthemus.* |
| Campanula *Cervicaria.* | Rubus *cæſius.* |
| Calla *paluſtris.* | Equiſetum *limoſum.* |
| Carduus *heterophyllus.* | Equiſetum *ſylvaticum.* |
| Hieracium *paludoſum.* | Lycopodium *annotinum.* |
| Gnaphalium *ſylvaticum.* | |

2. *PALUS JUMKILENSIS* repleta Sphagno & Turfis aqua inundatis, ejusdem generis herbas profert, quas ſupradicta *Wittulsbergenſis*, ut ſunt: Carex *Limoſa*,

*moſa*, Pedicularis *Scept. Carol.*, Scheuchzeria *paluſtris*. Ophrys *Corallorhiza*. Ophrys *paludoſa*. Equiſetum *limoſum*. Utricularia *vulgaris minor*. Cæteroquin circum Upſaliam rariores, ubi præterea:

Schœnus *albus*.
Splachnum *ampullaceum*.
Hypnum *ſcorpioides*.

3. *PLATEÆ URBIS UPSALIENSIS* offerunt, ex itinere feſſis Floræ Alumnis, plantas locis ruderatis & inhabitatis proprias, ut ſunt:

Myoſotis *Lappula*.
Chenopodium *urbicum*.
Chenopod. *Bonus henricus*
Hyoſcyamus *niger*.
Cynogloſſum *officinale*.
Geranium *cicutarium*.
Malva *rotundifolia*.
Antirrhinum *minus*.
Leonurus *Cardiaca*.
Marubium *vulgare*.
Artemiſia *Abſinthium*.
Senecio *vulgaris*.
Anthemis *Cotula*.
Urtica *urens*.
Urtica *dioica*.

Curioſi diligentesque naturæ ſcrutatores Juvenes, Upſaliæ florentes, hoc modo Herbationes ſuas Botanicas, menſe inprimis Junii, abſolvunt, ut noſcant patriæ Gazas, quas aliquando vertant in uſum proprium, in commodum rei publicæ, inque gloriam & admirationem Creatoris.